Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift



59

alterum p̄ferre alteri. dicam quidunusquisq;
senserit. lectoris arbitrio derelinquens. cuius
expositionem sequi debeat. Africanus in q̄nto
temporum uolumine de septuaginta ebdoma-
dibus hęc locutus aduerbum est. Capitulum
quod in daniele de septuaginta ebdomadib⁹
legimus multa & mirabilia continet. que
nunc longum est dicere. Ergo quod ad p̄sens
opus p̄tinet. de temporib⁹ disserendum est.
Nulliq; dubium quin de aduentu xp̄i p̄dicatio
fit. qui post septuaginta ebdomadas mundo
apparuit. post quem consummata sunt delicta.
& finem accepit peccatum. & deleta est iniq̄tas.
& annunciata iusticia sempiterna. quę legis
iusticiam uinceret. Et impleta est uisio & pro
phetia. quia lex & p̄phetę usq; ad prophetam
iohannem. Et unctus est sanctus sanctorum.
Quę omnia prius quam xp̄c humanū corpus
assumeret sperabantur magis quā tenebantur.
Dicit aut̄ ipse angelus. lxx. annorū ebdomadas septuaginta
id est annos quadringentos. nonaginta. ab exitu
sermonis. ut respondeatur & ut ędificetur